

oben genannte Petrus von St. Omer sein. Petrus Cantor Parisiensis hätte mit diesem Werke nichts zu thun.

Aber ebensowenig wie mit Petrus Cantor steht die Autorschaft dieses Gedichtes und seiner beiden Prologe mit dem hl. Bernard in Verbindung.

Statt aller Beweise aus Inhalt, Form und aus den handschriftlichen Ueberschriften des Gedichtes sei hier nur auf jene massgebenden Bemerkungen hingewiesen, welche Mabillon schon in seiner ersten Ausgabe 1690 in der „Admonitio in sequentes versus et rythmos“ den dem hl. Bernard zugeschriebenen Gedichten vorausgeschickt hat.

Wenn es also in den Codices heisst: „Incipit prologus beati Bernardi . . . etc.“, und hiebei der b. Bernardus Claravallensis gemeint sein soll, darf man dieser Autorangabe ganz gewiss nicht folgen.

M. K. Ord. Cist.

Eine Bulle Benedicts XIV. an Abt Robert von Heiligenkreuz wegen Errichtung einer „Bruderschaft des hl. Kreuzes.“ — Errichtung derselben durch das Wiener Ordinariat und deren Statuten.

Nach dem Original ediert von P. Tesceelin Halusa, O. Cist.

Nos Sigismundus Divinâ Miseratione S. R. Ecclesiae Tituli S. Chrysogoni Presbyter Cardinalis de Kollonitz, Protector Germaniae, Archi-Episcopus Viennensis, Sac: Rom: Imp: Princeps, Dominus in Freyberg, Sibenbrunn, et Grossschützen, Sac: Caes: Regiaeque M[aiestatis] Actualis intimus Consiliarius. Hiscè notum facimus, quòd Nobis nupèr V. Dominus Robertus, Ordinis Cisterciensium Abbas Monasterij ad S. Crucem hic in Austria, et S. Gotthardum in Hungaria Bullam à moderno SS: Domino Nostro Benedicto XIV. Romae ad S. Mariam Majorem Sub Annulo Piscatoris die decimâ nonâ Novembris Anni elapsi more consueto expeditam pro Confraternitate SS: Crucis in Suo Monasterio erigenda praesentaverit tenoris sequentis:

Benedictus Papa Decimus quartus.

Ad perpetuam rei memoriam. Dum Sicut accepimus in Ecclesia Monasterij S. Crucis Monachorum Ordinis Cisterciensis in territorio Seu districtu Civitatis Viennensis in Austria una pia et devota utriusque Sexûs Christi fidelium Confraternitas Sub titulo S. Crucis non tamen pro hominibus unius Specialis artis Canonicè erecta Seu erigenda existat, cuius Confratres et Conсорores quàm plurima pietatis et charitatis opera exercere consueverunt Seu intendunt: Nos ut Confraternitas huiusmodi majora in dies Suscipiat incrementa de omnipotentis DEI misericordia ac

BB: Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi: omnibus utriusque Sexûs Christi fidelibus qui dictam Confraternitatem in posterum ingredientur die primo eorum ingressûs, Si verè poenitentes et confessi, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum Sumpserint plenariam: Ac tam descriptis quàm pro tempore describendis in dicta Confraternitate Confratribus et Consororibus in cuiuslibet eorum mortis articulo, Si verè quoque poenitentes et confessi ac Sacra Communionem refecti, vel quatenùs id facere nequiverint, Saltem contriti nomen JESU ore Si potuerint, Sin minùs corde devotè invocaverint, etiam plenariam: Nec non eisdem nunc et pro tempore existentibus dictae Confraternitatis Confratribus et Consororibus verè etiam poenitentibus et confessis, ac Sacra Communionem refectis, qui praefatae Confraternitatis Ecclesiam Seu Capellam, vel Oratorium die festo principali dictae Confraternitatis per eosdem Confratres Semel tantùm eligendo et ab Ordinario approbando, à primis vesperis usquè ad occasum Solis diei huius modi, Singulis annis devotè visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad DEUM preces effuderint, plenariam Similiter omnium peccatorum Suorum Indulgentiam et Remissionem misericorditè in Domino concedimus: Insuper dictis Confratribus et Consororibus verè pariter poenitentibus et confessis ac Sacra Communionem refectis praefatam Ecclesiam, Seu Capellam, vel Oratorium huius modi in quatuor alijs anni feriatis vel non feriatis Seu Dominicis diebus, per memoratos Confratres Semel tantùm etiam eligendis, et ab eodem Ordinario approbandis, ut Supra visitantibus et ibidem orantibus, quo die praefatorum id egerint, Septem annos et totidem quadragenas: Quoties verò Missis et alijs divinis Officijs in Ecclesia, Seu Capella, vel oratorio huiusmodi pro tempore celebrandis et recitandis, Seu Congregationibus publicis vel privatis eiusdem Confraternitatis ubivis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio Susceperint, vel pacem inter inimicos composuerint, Seu componi fecerint vel procuraverint: nec non etiam qui corpora defunctorum tam Confratrum et Consororum huiusmodi quàm aliorum ad Sepulturam associaverint, aut quascunque Processiones de Licentia Ordinarij faciendas, Sanctissimumque Eucharistiae Sacramentum tam in Processionibus, quàm cum ad infirmos, aut alias ubicunquè, et quomodocunquè pro tempore deferetur, comitati fuerint, vel Si impediti, campanae ad id Signo dato, Semel orationem Dominicam et Salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinquies orationem et Salutationem easdem pro animabus defunctorum Confratrum et Consororum huiusmodi recitaverint, aut Devium aliquem ad viam Salutis reducerint, et ignorantes praecepta DEI et ea quae ad Salutem Sunt, docuerint, aut quodcunquè aliud pietatis vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet

praefatorum operum exercitio Sexaginta dies de injunctis eis Seu aliàs quomodolibet debitis poenitentijs in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Volumus autem, ut Si aliàs dictis Confratribus et Consorioribus praemissa peragentibus aliqua alia Indulgentia perpetuò vel ad tempus nondum elapsum duratura, concessa fuerit, praesentes nullae Sint, utquè Si dicta Confraternitas alicui Archi-Confraternitati aggregata jam Sit, vel in posterum aggregetur, aut quavis alia ratione uniatur, vel etiam quomodolibet instituatur, priores et quaevis aliae Literae Apostolicae illis nullatenùs Suffragentur, Sed ex tunc eo ipso nullae Sint. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Sub Annulo Piscatoris die XIX. Novembris MDCCXLV. Pontificatus Nostri Annò Sextò.

D. Cardinalis Passioneus.

Post huius Bullae praesentationem, praefatus Vblis Dominus Abbas Robertus, nos debitâ Instantiâ requisivit, ut ad mentionatae Confraternitatis Erectionem procederemus, et Sequentes in hac Confraternitate Regulas à Confratribus observandas confirmaremus:

Erstlichen solle ein jeglicher Sodal in dem Tag der einschreibung seine meinung machen, das Er jene Verdienste und gnaden, so Ihme gott durch seine andacht, VerEhrung des Heiligen Creüzes, vnd seines Bittern Leiden und sterben Barmherzigst Verleihen wird, entweder Vollkomentlich oder in so weith sein antrib der Liebe sein wird, denen armen Seelen freywillig überlasse.

Andertens sowohl Bey einschreibung als auch sonst unter dem Jahr sollte niemand gezwungen sein etwas in geld zuerlegen, aussgenohmen es wolte einer selbst freywillig zu Bestreitung deren unKösten oder auferbauenden zierde etwas Beysteüren.

Drittens Jedweder eingeschriebener Sodal solle Täglich Fünff Vatter Vnser, und Fünff Ave Maria zubetten schuldigt sein, vnd dis zu Ehren deren Heiligen Fünff Wunden, so Christus am Heyl[igen] Creüz für uns zu Leiden sich gewürdiget hat.

Viertens für die abgestorbene Brüder und Schwester solle jeglich Lebendiger einmahl im Jahr [so Er ein Priester:] ein Heyl[ige] Mess aufopfern, weltliche Persohnen aber entweder eine Heyl[ige] Mess Lesen lassen, oder wenigstens mit aufopferung anhören, vnd für solche abgestorbene Betten, die geistliche Priester aber allhier zum Heyl[igen] Creüz Verobligiren sich Jährlich zu dieser intention zwey Heyl[ige] Messen umbsonst zu Lesen. Die andere aber zwey Heyl[ige] Rosen Cränz zu Betten; die Verstorbenen sollen auch richtig angemeldet werden.

Fünfftens die Jenige Sodalen so die gelegenheit Haben, oder Haben Können zu Heyl[igen] Creuz zu erscheinen, sollen einmahl des Jahres nicht allein die Haupt Kirchen an den Titular

Fest der erhebung des Heyl[igen] Creützes oder einen Quatember Sontag, andächtig Besuchen, sondern auch den allhiesigen neü aufgerichteten Creüzweg Besteigen, vnd von denen erlangten ablässen auch denen armen Seelen etwas Bey Komen Lassen.

Sechstens wird angedeüthet, dass niemand auch unter einer geringen Sünd zu allen diesen Verbunden seye, mithin diese Sodalität niemand Beschwehrlich fallen kan, sondern Villmehr jedermäniglich gewünschte gelegenheit für sich Habe, überreiche Himmlische Schüz durch Indulgenzien für sich Vnd die armen Seelen zu gewünen, Vnd also dass grosse werkh der Liebe gegen seinen nächsten mit der Liebe gottes zu Vereinigen, mit geringer mühe in stand sein werde.

Nos itaque cultum et venerationem SS.mae Crucis Domini Nostri JESU Christi promovere cupientes, dictique Domini Abbatis Laudabilem fervorem et Zelum in hoc perpendentes, dictam Confraternitatem in Ecclesia praefati Monasterij S. Crucis hiscè Authoritate ordinariâ Canonice instituimus et erigimus, Sicquè erectae confirmationis nostri Ordinariatûs robur et pondus imperitum, moxquè recensitas Regulas et Statuta approbamus, itâ, ut omnes et Singuli qui huic Confraternitati inscribentur, tam pro die ingressûs, quàm in mortis articulo alijsque in praedicta Bulla Pontificia diebus |: Si et quando praescriptis in eadem pijs operibus vacaverint: | indulgentiarum concessarum Se participes facere possint. Et Siquidem huius Confraternitatis Confratres pro Suo festo Principali Dominicam proximam festo Exaltationis S. Crucis |: et Si hoc in Dominicam incideret: | Dominicam immediate Sequentem pro quâtuor autem per annum diebus, quatuor post Angarias itidem immediatè Sequentes Dominicas, Sibi elegerint; Sic Nos etiam Electionem hanc à Saepèfatis Confratribus itâ factum, Authoritate nostrâ ordinariâ hiscè approbamus et confirmamus.

In quorum fidem praesentes propriâ manûs Suffraganei nostri, et in Spiritualibus ac Pontificalibus Vicarij Generalis et Officialis, nec non Curiae Archi-Episcopalis Notarij Subscriptionem, Sigilliquè consueta appensione muniri jussimus.

Viennae ex Curia Nostra Archi Episcopali die 21^{ma} Julij 1746.

Josephus Eppus. Antigon:

Suffrag: Vic. Gen: et Offlis. [m. p.]

L. S.

Joannes Leopoldus Nobilis de Freyenberg.
Consil. Constlis et Not. [m. p.]